Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



52b

in fronte tecti duplicarentur; haec dere difficillima; p ut nobis intelligisse uisi sumus stricta explicare curauimus. parati ueriora in his discere si quinos docere uoluerit.,

In quib; tamen omnib; parabolae allegorice sensus perlucidus; Saganamq; cortinas et de super et infra et ex omni latere protegebant. atque ut illuce intus libera facie suae iustitiae fulgerent; haec ab omni earum iniuria tempestatum pluuiarum et caumatum foris inmunes reddebant; quia nimirum perfecti scae ecclae ppositi: ita uitam fidelium sibi commissorum sollerti solent cura circumspicere. ut nec subsidia carnis nec uitae spiritalis eis auxilia desint. absint et dogmata hereticorum et prauorum exempla catholicorum; adsit doctrina salutaris quae confortati et sapienter male docentium uerba repellere. et sibi mala ingerentium patienter possint facta tolerare.,

Adsit uita ipsorum caelestis quae confirmati et tacente lingua quasi uiua semper lectione utantur.,

repellunt enim saga imbres. obsistunt procellis; arcent solis ardores. cuncta foris aduersantia fortiter abigunt.